

12. Ingemisco, tanquam reus;
Culpa rubet vultus meus;
Supplici parce, Deus!
13. Qui Mariam absolvisti
Et latronem exaudisti,
Mihi quoque spem dedisti.
14. Preces meae non sunt dignae,
Sed tu, bonus, fac benigne,
Ne perenni cremer igne.
15. Inter oves locum praesta,
Et ab hoedis me sequestra,
Statuens in parte dextra!

VI.

16. Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis,
Voca me cum benedictis!
17. Oro supplex et acclinis,
Cor contritum quasi cinis:
Gere curam mei finis!

VII.

18. Lacrymosa dies illa,
Qua resurget ex favilla
Judicandus homo reus!
19. Huic ergo parce, Deus!
Pie Jesu, Domine,
Dona eis requiem!

Amen.

VIII.

Domine, Jesu Christe! Rex gloriae! Libera animas omnium fidelium defunctorum de poenis inferni et de profundo lacu! Libera eas de ore leonis! Ne absorbeat eas tartarus ne cadant in obscurum; sed signifer sanctus Michael repraesentet eas in lucem sanctam, quam olim Abrahae promisisti et semini ejus.

IX.

Hostias et preces tibi, Domine, laudis offerimus; tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus; fac eas, Domine, de morte transire ad vitam, quam olim Abrahae promisisti et semini ejus.

X.

Sanctus! Sanctus! Sanctus! Dominus Deus Sabaoth! Pleni sunt coeli et terra Gloria tua! Hosanna in excelsis!

XI.

Benedictus, qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis!

XII.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: dona eis requiem.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: dona eis requiem.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: dona eis requiem sempiternam!
Lux aeterna luceat eis, Domine! Cum sanctis tuis in aeternum: quia pius es. Requiem aeternam dona eis (Domine), et lux perpetua luceat eis. Cum sanctis tuis in aeternum: quia pius es.

12. Seufzend fühl' ich mein Vergehen,
Kann nur schamrot vor dir stehen,
Doch erhöre, Gott, mein Flehen!
13. Der du einst vergabst Marien
Und dem Schächer hast verziehen,
Hast auch Hoffnung mir verliehen.
14. Zwar nicht würdig ist mein Flehen,
Doch aus Gnaden laß geschehen,
Daß ich mög' der Höll' entgehen.
15. Bei den Schafen Platz bereite,
Und mich von den Böcken scheidet,
Stellend mich zur rechten Seite.

VI.

16. Stell' den Heil'gen mich zusammen,
Wann du zu den heft'gen Flammen
Die Verlorenen mußst verdammen.
17. Mit zerknirschem Herzen wende
Flehend ich zu dir die Hände:
Trage Sorge für mein Ende!

VII.

18. Tränenreich der Tag wird werden,
Wann der Mensch vom Staub der Erden
Zum Gericht sich wird erheben.
19. Woll' ihm dann, o Gott, vergeben!
Jesus, milder Herrscher du,
Gib den Toten ew'ge Ruh'!

Amen.

VIII.

Herr Jesus Christus! König der Herrlichkeit! Rette die Seelen aller verstorbenen Gläubigen vor den Peinen der Hölle und vor dem tiefen Abgrund! Rette sie vor dem Rachen des Löwen, damit nicht die Hölle sie verschlinge, damit sie nicht stürzen in die Finsternis; sondern der Bannerträger, der heil. Michael, bringe sie in das heilige Licht, das du einstens dem Abraham versprochen hast und seinen Nachkommen.

IX.

Opfer und Gebete des Lobes weihen wir dir, o Herr; nimm sie an für jene Seelen, deren Gedächtnis wir heute begehen; lasse sie, o Herr, vom Tode übergehen zum Leben, das du einstens dem Abraham versprochen hast und seinen Nachkommen.

X.

Heilig! Heilig! Heilig! Herr Gott Sabaoth! Voll sind Himmel und Erde deiner Herrlichkeit! Hosanna in der Höhe!

XI.

Gebenedeit, der da kommt im Namen des Herrn.
Hosanna in der Höhe!

XII.

O du Lamm Gottes, der du hinwegnimmst die Sünden der Welt: gib ihnen die Ruhe!
O du Lamm Gottes, das du hinwegnimmst die Sünden der Welt: gib ihnen die Ruhe!
O du Lamm Gottes, das du hinwegnimmst die Sünden der Welt: gib ihnen die ewige Ruhe!
Das ewige Licht leuchte ihnen, o Herr! Mit deinen Heiligen in Ewigkeit, denn gütig bist du. Ewige Ruhe gib ihnen (o Herr), und das ewige Licht leuchte ihnen. Mit deinen Heiligen in Ewigkeit: denn gütig bist du.